idem Iulius Miletus sibi posuit (VI 10091 not. = Inscr. Gr. Sicil. Ital. 1093 = Kaibel epigr. Gr. 920) scriptum sit: μαρμαρίων τὸ γένος σῶζε, Σέραπι.

5268 d. [*m.*] s. | Hermippo | Aug. lib., proc. | scaenic.[1], Ulp. | Amanda et Ulp. | Primitiva patr. | b. m. posuerunt.

Romae, nunc Bononiae (VI 10088 vidit Bormann). — 1) *Scaenicorum.*

5269 M. Vipsanius | Narcissus | rogator ab scaena.

Romae (VI 10094 vidit Herzog).

5270 L. Marius Auctus | denunttiator[1] ab | scaena Graeca.

Roma ut videtur Velitras et deinde Neapolim adlata (VI 10095 viderunt Mommsen et Fiorelli). — 1) *Sic Fiorell.*

5271 L. Succónio L. f. Pal. | Prisco IIIIv. i. d., q. a.[1], | omnium corpor. patr., | item Trebis decur., pont., | IIIIvir. i. d., patron. mun., | decuriae IIII scabillar. | veteres a scaena[2], | amantissimo sui, | ex aere conlato. H. a. i. r.[3]

Olim Montefalco prope Mevaniam (Bevagna) Umbriae, iam Trebiis (XI 5054 = Orell. 2643 vidit Bormann). — 1) *Quattuorviro iure dicundo, quaestori aerarii.* — 2) *Collegia scabillariorum memorantur etiam in titulis urbanis (VI 6660. 10145—10148. 33191. 33194 = Notizie degli scavi 1888 p. 186. VI 33971, item supra N. 1911 v. 4) et Puteolanis (supra N. 335. X 1643. 1647). Num ad scaenam pertinuerint, non semper apparet. De scabillo cf. Friedländer Sittengesch. II[5] p. 409 not. 6. III[5] p. 305 not. 2.* — 3) *Honore accepto impensam remisit.*

5272 M. Septimio | M. f. Hor. | Septimiano | equo publ., IIIIvir. i. d., | praef. fabr. Romae, | dec. IIII scamillar.[1] | operae veteres | a scaena, patrono, ob | merita eius. | L. d. d. d.

Spoletii (XI 4813 = Grut. 467, 7 vidit Bormann). — 1) *Non videntur diversi fuisse a scabillariis. Cf. N. 5271.*

5273 operae urb. scabillar.: | Q. Honorius Anteros, | L. Aufidius L. l. Utilis, | *(sequuntur alia nomina plus viginti).*

In S. Pelini ecclesia, quo loco fuit Corfinium (IX 3188 vidit Nissen, sed evanidam, descripsit saec. XVI Accursius).

5274 L. Sammio L. fil. Vol. | Ae[*m*]i[*li*]ano eq. publ. | h[*aben*]ti, allec. in V | de[*cu*]r., luperco, flam. | provinciae Narbonen|sis, praef. cohortis II | Hispanae Vasconum | civium Romanorum, | L. Sammius Maternus | alumnus L. Sammi Eutyci, | archiereus synhodi[1].

Nemausi (XII 3183 vidit Hirschfeld). — 1) *Archiereus videtur fuisse Sammius Maternus eiusdem synhodi quae Nemausi posuit titulum supra N. 5082; fuit igitur artifex scaenicus, similiter ut sacerdotes et ἀρχιερεῖς synhodi quos habuimus supra N. 5186. 5190. 5193. 5194. In huius ut videtur L. Sammii honorem videtur esse factum decretum Graecum cuius frustula reperta sunt Nemausi (Inscr. Gr. Sicil. Ital. 2497ª. 2498).*

5275 *(in plintho statuae marmoreae togatae)* C. Fundilius Doctus Apollinis parasit.[1] *(In scrinio sculpto ad pedes eiusdem statuae)* C. Fundilius | Doctus | Apollinis | parasitus[1].

archive.org